

*Princeps regum terræ fecit nos regnum,  
sacerdotes Deo.*

Léctio libri Apocalýpsis  
beáti Ioánnis apóstoli

1, 5-8

<sup>5</sup> **I**esus Christus est testis fidélis,  
primogénitus mortuórum et princeps regum terræ.

Ei, qui díligit nos

et solvit nos a peccátis nostris in sáanguine suo

<sup>6</sup> et fecit nos regnum, sacerdótes Deo et Patri suo,  
ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

<sup>7</sup> Ecce venit cum núbibus,

et vidébit eum omnis óculus et qui eum pupugérunt,  
et plangent se super eum omnes tribus terræ.

Etiam, amen.

<sup>8</sup> Ego sum Alpha et Omega, dicit Dóminus Deus,  
qui est et qui erat et qui ventúrus est, Omnípotens.

Verbum Dómini.